VNIVERSA
Antiquorum
ANATOME
Tam oſsium, quam partium & externarum, & internarum:

EX RVFO EPHESIO
Medico Antiquiſsimo:

TRIBVS TABELLIS EXPLICATA

PER

FABIVM PAVLINVM.

QVIBVS ACCESSIT QVARTA EX SORANI
Medici Antiquiſſimi Fragmento Græco non antehac Latino facto.

DE MATRICE.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS, M DC IIII.

Apud Io. Antonium, & Iacobum de Franciſcis.

BIBLIOPOLA

MEDICINAE STVDIOSIS.

CVM ad manus meas perueniſſent hæ tabellæ vniuerſam antiquorum anatomen continentes a domeſtico quodam auctoris Auditore exhibitæ, quas facilioris doctrinæ cauſa, non edendi ſtudio ſuis ille auditoribus confecerat, fructum domeſtici laboris: operaprecium me facturum ſum ratus, ſi eas quaſi Alphabetum (vt aiunt) Medicum, Veſalij libris adiungerem, quò ſcilicet poſſent Anatomes candidati, ac Neoptolemi partium humani corporis facillima imbui cognitione, & his præexercitati mox planius, quid præſtiterit Veſalius in Anatome, intelligere. accipite igitur hilari vultu, ac fronte, hoc veluti auctarium operis, ac Corollarium, meumq́; hoc veſtra ſtudia adiuuandi deſiderium amate, & valete.

a 2

DE ORDINE HARVM TABVLARVM.

IN duobus vniuerſa verſatur Anatome, Oſteologia, & Sarcologia, hęc rurſus duplex, vel partium externarum ad exteriorem corporis ſuperficiem pertinentium, πρὸς τὴν ἔξω ἐπιφάνειαν, ait Ariſtoteles, vel internarum, quæ adhuc duplici partitione diſtinguuntur in internas exteriores, qui ſunt muſculi &c. & interiores. In docendo ab oſsibus initium fuit faciendum, auctore etiam Galeno; 1. de anat. adminiſtrat. multis de cauſis, primo, quia oſſa in humano corpore firmamenti, ac fundamenti, necnon propugnaculi vicem præſtant, Galenus dixit ϛήριγμα, ἕδρας, καὶ πρόβλημα, quod duplici etiam comparatione elegantiſſime ſignificauit; de anat. adm. 1.2. dicens, tale quid eſſe in animantibus oſſium ſubſtantiam, quale in tentorijs ταῖς σκηναῖς ſeu tabernaculis, pali græce vocati χάμακες, in domibus vero parietes; nam vt in his, palis, parietibusque erectis fit conſtructio, ita humana fabrica ex oſſibus conſurgit; ſecundo quia oſſium figuram, & conformationem partes omnes, & membra ſequuntur animantis, vt loco citato docet Galenus, vtens exemplo Caluariæ, quæ ſi rotunda, tale etiam cerebrum eſt neceſſario, tertio & poſtremo, ne in aliarum partium ſectione, vt muſculorum, ligamentorum, &c. peregrinentur medici, & quaſi per tenebras ac caliginem incedant, cum aut ex oſſibus oriantur, aut in illa deſinant, aut illis hæreant omnino, ac nitantur cæteræ partes omnes, quare præſtantiores quiq; Anatomici ab oſſibus ſunt aggreſſi, & potiſs. Veſalius. Neque vero mirere in hac Rufi deſcriptione multa deſiderari oſſium genera, nam partes oſſeas cuti proxime contectas, & conuolutas, ac conſpicuas inter externas enumerat, & ibi, quæ hic deeſſe videbuntur, inuenies. Explicatis oſſibus, de externis partibus, & earum nominibus fuit agendum, & licet quidam Anatomici omittant, tanquam notam omnibus hanc partem, mancam tamen illi tradunt anatomen, neque vllo pacto omittendam doctiſſimi homines teſtantur, nam præter Rufum, qui in proœmio vtriuſq; libri probat huius partis anatomes neceſſitatem, aliarum artium exemplo, in quibus fit diſciplinæ exordium a nominibus, in ſecundo dicit eſſe ἀναγκαιότατον .i. maxime neceſſarium artem medicam addiſcentibus prædoceri primam elementorum medicorum inſtitutionem, quam vocat ipſe τὴν ϛοιχείωσιν, quaſi dicas Alphabetum, a quo mutuarunt vulgatum illud recentiores medici, quo iactatur Alphabetum medicum eſſe Anatomen, Galenus pluribus in locis teſtatur veteres conſueuiſſe erudire pueros, & imbuere vnà cum literarum elementis, etiam anatomicę facultatis principijs his, nēpe appellatione ſingularum partium. Auctor Iſagogici, qui Galeno aſcribitur, & eſſe creditur Herophili, teſtatur Ariſtotelem primum iniuiſſe hanc methodum docendi anatomen ab externis partibus inchoantem, quod videmus præſtitiſſe in libris de hiſtoria animalium. additq; id maxime factitaſſe Eraſiſtratęos, ut Apollonium Memphitem, Xenophontem, Socratem quoque in libello, quem ſcripſit de hominis ſtructura, quod ipſe fecit auctor Iſagogici, & Meletius Philoſophus, recentioresq; complures. Carpus in Mundinum, antequam ad ſectionem interiorum accedat, longum prius annectit Catalogum partium externarum, quaſi perfecta haberi anatomes ſine illo non poſſet, & Gaſpar Bahuinus, aggreſſurus methodo, & ratione vniuerſam Anatomen, primum librum facit de partibus externis, vbi nominatim ſingula accuratiſſime perſequitur, & ita faciendum oſtendit in proœmio, omnia ex Rufo ad verbum penè exprimens, Volcherusque Coiter Friſius in ſuis tabulis, & alij complures prꝑſtitere. Ad quæ accedit etiam ratio, nam teſte Galeno ex partibus externis internarum ſtructura cognoſcitur, & ex figura iſtarum clare conſpecta interna quoque compoſitio prędiſcitur, & intelligitur. Habes Amice ordinis rationem. Vale.

OSSIVM HVMANI
CORPORIS
ANATOME.

Oſteologia. i. de oſſibus diſputatio continet ea omnia, quæ in aſſicato cadauere, quod græce dicitur σκελετὸς, conſiciuntur. hoc vero diuiditur in

- κεφαλὴν capur, quod diuiſum eſt in
  - cranium κρανίον, quod habet
    - partes tres
      - σκαφίον. i. ſcaphulam, in qua parte eſt σφαιροειδὲς, i. globoſum.
      - κορυφὴν. i. verticem, in qua parte ὀγκῶδες. i. tumidum eſt, & exuberans.
      - βρέγμα quod dicitur latine ſinciput. ſubcraſſum id, latum, duplicatum per oſſis intectum, circa tempora contractum ac preſſum.
    - Suturas ῥαφάς, ut plurimũ quinq; κατὰ τὸ πλεῖστον, quæ ſunt
      - λαμβδοειδὴς lambdoides, quæ a vertice in poſteriorem capitis partem uergit.
      - στεφανιαῖα. i. coronalis, quæ globoſa ſincipiut cingit inſtar coronæ.
      - ἐπιζευγνύουσα coniungens, ſiue ὀβελιαῖα ſagittalis, quæ a lambdoide ἰσάδιο. i. recta coronariæ coniungitur.
      - λεπιδοειδεῖς duæ. i. ſquamiformes ad aures ab vtroque latere, quæ non habẽt ut reliquæ in profundo ſtructuras τὰς ἁρμογάς.
  - πυελίδας. i. peluiculas, ſeu cauernolas, quæ ſunt cauitates κοιλότητες in anteriori parte, ubi ſixi ſunt oculi.
  - ἠθμοειδὲς. i. os cribriforme, quod eſt naſi os multis foraminibus perforatum.
  - faciei oſſium θέσεις. i. ſitus, & coagmentationes, quæ ſunt ſeptem
    1. ὑπὸ ταῖς ὀφρύσι ſub ſupercilijs.
    2. Ex obliquo latere ἐκ πλαγίου naris dextræ ὀστώδους. i. oſſis, ſeu oſſeæ partis.
    3. Ex obliquo oſſis ſiniſtræ naris.
    4. Diuidens inferiorem maxillam τὴν κάτω γένυν
    5. Quæ per palatum & oſſa iugalia.
    6. & 7 δυσόρατοι. i. non facile viſibiles in malis κατὰ τὰ μῆλα.
- σπόνδυλοι. i. vertebræ, quæ ſunt nu. 25. in
  - τραχήλῳ. i. collo ſeptẽ 7. inuicem inſertæ ἁρμονίως. i. congruenter. prima motum præbet capiti reliquæ immobiles.
  - ῥάχει. i. dorſo 12.
  - ἰσχύϊ. i. latere 5.
  - in extremo vna omnium vertebrarum maxima, & præſtantiſſima, quæ antiquo inſtituto, qui omnia magna uocabant ſacra, dicitur ἱερὸν ὀστοῦν. i. os ſacrum.
  - Hæ omnes vertebræ ita ſunt comparatæ, vt ſint in partibus τοῖς
    - ἔνδοθεν i. interioribus λεῖαι καὶ περιαγεῖς. i. læues, ac circumductiles, qua parte in uiſceribus verſantur
    - ὄπισθεν. i. exterioribus τετραχυσμέναι καὶ ἀκανθώδεις aſperæ, & ſpinoſæ carnis exortu contectæ.
    - παρ' ἑκάτερα i. a lateribus utrinque τραπεζώδη. i. in formam menſæ factæ i. planæ.
    - Medijs cauæ μεσοκοίλοι, habent μίαν εὐρυχωρίαν i. vnicum foramen illud cuſtodientes σωληνοειδῶς i. in modum canaliculi & fiſtulæ, dum coniunguntur κατὰ σύγκρισιν, per quod ſpinalis medulla fluit.
    - πλαγίοις i. tranſuerſis habentes τυπώσεις. id eſt proceſſus impreſſos, & deſidentes parum, ac ſinuatos, quibus conglutinatæ ſunt σπάθαι. i. coſtæ.
- στῆθος idest truncum, ſiue
  - ὦμος. i. Humerus cuius
    - ὠμοπλάτη i. ſcoptula, quæ eſt figura τριγωνὴς. i. triangula, δελτοειδὴς. i. in formam tabulæ inſidet thoracis coſtis, tenuior qua latior, qua craſſior anguſtior, io cuius cauo κοιλότατι coniectum eſt ἐναρθροῦται caput brachij.
    - Ὑπεροχή. i. proceſſus dictus à ſimilitudine ἀγκυροειδὴς. i. anchoriformis, ſeu ἀγκιστροειδὴς. i. hamiformis à ſinu homoplatæ extenditur quaſi ſpina ῥάχις, in qua iuguli extremum τὰς κλειδὸς πέρας incidit cartilagine commiſſum χόνδρῳ συμφυές.
  - ἦλμον. i. Vas, & κύτος, in quo io ſunt
    - κλεὶς. i. clauis, ſeu iugulum, quod
      - Figura eſt ſimile tribulo τριβολοειδὴς, ἀμφότερα ἔχει καθετῆρι ἄρρενι ſimilitudinem habet cum cathetere maſculino.
      - συναρθροῦται i. coniungitur ſterno, & συνάπτεται. i. connectitur homoplatæ.
      - In medio eſt σιγματοειδὴς. i. σ græcæ literæ figuram habet. συμβάλλει i. coniungitur cum prima dorſi vertebra.
  - ἄρθρα. i. artus de quib' A.
    - σπάθαι. i. coſtæ ex quibus aliæ ſunt.
      - καμαροειδεῖς ἄνωθεν i. fornici ſimiles in parte ſuperiori, mox inuicem committũtur συμβάλλουσιν ἀλλήλαις λοξοειδεῖς. i. obliquæ, ἀντιβαίνουσαι: occurſantes ſuperioribus mox cartilagineæ ſpinæ, & nothæ coſtæ vocitantur νόθαι πλευραὶ maiores ſuperioribus τὴν παρέκτασιν, quo ad extenſionem, minores ἐν συμβάσει. i. in concurſu.

- A ἄρθρα. i. artus, qui ſunt
  - Superiores qui dicunt Manus χεῖρες, quarũ partes.
    - βραχίων. i. brachiũ, quod eſt ἐπιμήκης, καὶ περιφερής. i. prolõgum & teres in anterioribus minus in poſterioribus magis cõtractum.
      - Superiorẽ partem hẽt ὀγκωδέστερον. i. tumidiorẽ, quę dimidia ſui parte; κατὰ τὸ ἡμίτομον deſignitur in ſinu humoplatæ, & dicitur κεφαλὴ caput brachij
      - In inferiori parte qua cubito συναρθροῦται deligatur, eſt ἀγκώμαλος. i. vtrinque par, habens
        - ἐξοχὰς. i. proceſſus vtrinque κονδυλώδεις. i. pugno ſimiles
        - μέσην κοιλότητα. i. in medio ſinũ.
    - πῆχυς. i. vlna, cuius duo ſunt oſſa
      - πῆχυς i. ulna, ſeu cubitus totius nomen ſortitus, & eſt oblongior radio, & admittit extremum in flexu carpo κατὰ τὴν καμψὴν τοῦ καρποῦ ὑποδέχεται πέρας.
      - κερκὶς. i. radius, qui cum ſit περιφερὴς. i. globoſus & ſubcauus in extremo circũ tegit τοὺς κονδύλους tubercula brachij exterius, & habet, qua brachiali adnectitur duas cauitates
        - Rectam vnam τὴν εὐθεῖαν, in qua ἐπιδιαρθροῦται alligatum eſt.
        - πλαγίαν alterã, in qua inſeritur ulnæ tuberculum, ἐμφύεται.
    - καρπὸς. i. carpus ſeu brachiale, in quo in ſunt
      - Oſſicula octo, ex quibus στροβιλοειδῶς. i. turbinis in modum coagmentatur.
      - φάλαγγες i phalanges, quæ ſunt ὀστᾶ ἐπιμήκη. i. oſſa oblõga δακτυλοειδῆ. i. digitis ſimilia, inhærentes oſſibus ſuperioribus.
      - σκυταλίδες. i. virgulæ internodia uocatæ, ex phalangibus procedentes io ſingulis digitis tres inęquales inuicem pręter ἀντίχειρα i. pollicem, qui à baſi duobus oſſibus tantum vtitur.
  - inferiores, q ſunt crura, quorũ partes & oſſa ſunt
    - ἰσχία i. coxę, quarum oſſa ab utroque latere oſſis ſacri extenduntur à poſteriori ἐκ τοῦ ὄπισθεν quę coniũguntur etiam ſuis extremis κατὰ τὸ ἐμπρόσθιον ad pubem cartilagine coaleſcentia συμφύοντα. Habent.
      - Figuram latam, & ſubrotundam πρὸς περιφερῆ. verſus viſcera anguſtam, & craſſiorem.
      - κοτύλας. i. cauitates non p omnia profundas οὐ διαμπερὲς βαθείας, quę cotylæ dicũtur, latine acetabula, ĩ quas capita femorum inſeruntur ἐναρμόζονται.
    - μηροὶ. i. femora quę ſunt oſſa oblonga, ualidaque a coxis ad genu extenſione continua ducta, quę.
      - Initio figura ſunt tereti περιφερῆ & προκυρτὰ. i. in anteriori parte gibba.
      - In partibus uero ad genu pertinentibus habẽt πάχος. i. craſſitiẽ, & περιφερείας κονδυλώδεις, & extuberantem globoſitatem, ut utrinque capita habeant rotunda.
      - In medio κεκοίλανται. i. caua facta ſunt. καθὰ προσκυρεῖ ἡ κνήμη prout firmatur tibia.
      - περόνη i. ſura à parte exteriori appoſita, gracilior tibia, os femoris non attingẽs, quæ ὑπέσταλται decurtata eſt, & infra eius eſt terminus exterius tuberculum, quẽ nonnulli dicunt ea idiotis uocitari talum ἀστράγαλον. per cartilaginem in fine connectitur cum tibia.
    - κνήμη. i. Tibia, quæ τρίγωνος. i. figura prædita triãgula, in capite lata, ſinus habet ἐπιπολαίους ĩ in ſuperficie, in quibus inniciuntur exuberãtes eminentiam femoris eius verſu tibiæ eminentia in ſinum femoris inſeritur. Huic adſunt
      - ἐπιγονατὶς. i. patella, ſeu mola, quæ in cõmiſſura ἐπὶ τῆς συμβολῆς tibię & femoris, figura diſci δισκοειδὴς ἐπίκειται incumbit, mediã habens τὴν σύμφυσιν conglutinationem inter utrumque; quę ſecundum κατὰ
        - καμπὴν. i. curuaturam magis accedit ad tibiã.
        - ἔκτασιν extẽſionẽ cadit ſuper utrunque.
      - σφυρὸν. i. malleolus, ad cuius partes tibia paulum redditur anguſtior στενοῦται πρῶτον, & i figma literæ figuram σιγματοειδῶς ęqualiter in poſtremo diſtans efficit eminentiam.
        - ἐπιμήκη lõgam quę eſt interius tuberculum ἔσωθεν.
        - σμικροτέραν. i. minorem, quę contegitur carnis exortu ἐπιφύσει.
    - ταρσὸς i. Tarſus, quem conſtituunt octo ὀσταρίδια .i. oſſicula angulis inæqualia.
      - ἀστράγαλος. i. talus, qui cum ſurę extremo coniungitur, & extuberans exterius tuberculum oſtendit, & in ſitu τῷ διαστήματι duorum oſſium tibię dum σίγμα efficiunt, deliteſcit ἐγκεῖται cuius pars. ἐπιπέδιον ἀλλάχιον (latinum nomen non eſt) qđ ἐπιβέβηκε ſurſum vergit, oſſi ſuper impoſito ſurę, quod dicitur κυβοειδὴς. i. cubiformis, ut oſſis ipſius inæqualitates occludantur, & cartilaginis circum iecto alligentur
        - Quę eſt ſecũdum ὀπίσθιον allachion ſurſum vergit, & adiacet tibię ſurę qs proceſſus.
        - Anterior σφαιροειδὴς. i. globoſa inſerius in ſinum unius oſſis Tarſi à cauitate dicti σκαφοειδοῦς. i. nauicularis.
    - πεδίον planta quæ ſubiicitur Tarſo habens oſſa quinque
      - λεπτὰ i tenuia in medio.
      - παχύτερα craſſiora in verticibus.
      - ἀνεσηκωμένα κατὰ τὸν ἄνω τύπον ſe attollentia ad ſuperiorem figuram, quare etiam ſubiectis uidentur caua.
    - σκυταλίδες τῶν δακτύλων. i. digitorum internodia, quę eodem modo ſe habent, ut in manu.

EXTE-

EXTERNARVM HVMANI CORPORIS PARTIVM

Anatome.

Humanū Corpus vniuerſū diuiditur in

- κεφαλὴν i. caput, cuius partes ſunt.
  - τὸ τριχωτὸν i. capillata pars, in qua ſūt.
    - βρέγμα i Bregma anterior pars, vbi ſtephane στεφάνη i. corona ita dicta, qnod circa eam coronas imponimus.
    - ἰνίον i occiput, poſterior pars, a qua pendentes crines dicuntur comæ.
    - κρόταφοι i. tempora à lateribus, in quibus inſunt ἴουλοι i. lanugo.
    - κορυφὴ vertex in medio, vbi intorquentur capilli.
  - μέτωπον i. frōs, quę ſubijcitur bregmati, cuius partes
    - ἐπισκύνιον epiſcynium, qnod eſt extremæ rugæ frōtis, & pellis, quam oculis contrahimus, cum erubeſcimus, aut aliquid cogitamus.
    - ὀφρύες i. ſupercilia capillatæ frontis termini.
    - μεσόφρυον i. glabella.
  - βλέφαρα i. palpebræ, quę ſubiectæ ſunt ſupciliis diuiſę in
    - τὸ ἄνωθεν i. ſuperiorem in qua τὸ ἐπιπολῆς, ideſt ſuperficies dicitur κοῖλον i. cauum
    - τὸ κάτωθεν i inferiorem, in qua reſpondens ea aduerſo ſuperiori pars dicitur ὑπόκοιλον ſubcauum quod ietu maſcit in
      - Hydropicis,
      - cachecticis,
      - hemorroidib. longis fluxumu febri.
      - Ophthalmia incipiente interdum
    - Harum partes ſunt.
      - ταρσοὶ, καὶ βλεφαρίδες i. cilia, quæ ſunt pili ab ipſis prodeuntes.
      - στεφαναὶ, καὶ χηλαὶ i. coronæ, & ungulæ, quæ ſunt extrema utriuſq; cum inuicem committuntur in dormiendo
      - κανθοὶ, i. anguli, qui ſunt utriuſque extrema caua, quorum
        - Maior vergit ad nares
        - Minor ad tempora.
  - ὀφθαλμὸς i. oculus, cuius partes
    - ὄψις, & κόρη i. uiſus, & pupilla, quæ eſt id qđ in medio oculo conſpicitur
    - γλήνη, glena, quæ eſt illud ſimulachrum, τὸ εἴδωλον, quod uidetur in pupilla.
    - Ἶρις, ideſt iris, quæ eſt illud continuum τὸ ὁμαλὸς à pupilla vſque ad album, quod pro varietate colorum vocatur modo.
      - μέλαν i nigrum
      - πυῤῥὸν i. rufum
      - γλαυκὸν i cęſium
      - χαροπὸν i fuluum
    - στεφάνη i. corona, quæ circum ambit nigrum.
    - χιτὼν πρῶτος i prima Tunica, quæ cum duplicem habeat naturam, duplex etiam nomen ſortita eſt, dicitur enim.
      - κερατοειδὴς i. Ceratoides à medio vſque ad Iridem, ita dicta quod ſit ſimilis læuigatis cornib in hac parte.
      - λευκὸς i alba, omne reliquum tunicæ, nec natura, nec colore ſimilis ſuperiori.
    - ἐπιδερμίς i. cuticula, quæ tunicæ deſuper incumbit, & in iunioribus, ac ſenibus, & in chemoſi morbo rubra aſpicitur.
    - ὑποφθάλμια, ſeu ὑπώπια, i. ſubocularia, quæ ſunt oſſa ſubiecta oculis
  - Ῥὶς i. Naris, quę à glabella dorſum uergit eius partes ſunt
    - ῥώθωνες, & μυκτῆρες i. rhothones, & nares, quas vocant Athenienſes etiam μύξας, & ſunt foramina narium τὰ τρήματα.
    - διάφραγμα i. ſeptum, qnod eſt illud cartilagineū interiectum inter vtraſque.
    - ῥάχις i ſpina, ſeu dorſum, quod eſt oſſeum illud utrinque, quod uergit ad malas.
    - πτερύγια i alæ, quæ ſunt oſſei iugi naſi extrema τὸ πέρας, hinc inde mobilia.
    - κίων i. columna, quod eſt ante ſeptum naſi ad labiū deſcendens carneū, σαρκῶδες
    - σφαίριον i. globulus, quod eſt τῆς ῥινὸς ἄκρον i. naſi ſummum.
  - χείλη i. Labia, quorum partes ſunt vel
    - Singulares vt
      - ſuperioris labri τοῦ ἄνω
        - φίλτρον philtrum, quod eſt cauum ſub columna naris.
        - ὑπὸ ῥινὸν ſubnaſum, qđ eſt pars tota labii ſuperioris.
      - Inferioris τοῦ κάτω ſτύμφη, nympha, quod eſt cauum illud ſub labio
    - κοιναὶ communes q̃ ſunt
      - πρόχειλα i prolabia ſummæ partes labiorum.
      - προστόμιον proſtomium, quaſi ante os, quod eſt commiſſura labiorum τὸ συμβλητὸν τῶν χειλῶν.
  - ὦτα i. aures, quarum partes ſunt
    - ἀκοὴ i. auditus, qui eſt ὁ πόρος ἀκουστικὸς i. meatus auditorius.
    - λοβὸς i. lobus, quæ eſt pars pendula auris τὸ ἐκκρεμὲς, quam ſolam proprie appellari dicitur Ariſtoteles, ex particulis aurium.
    - πτερύγιον i. ala, ſeu pinnula, quæ eſt ſuperior pars lata & prona τὸ ἀνώτατω πλατὺ, καὶ ὑπτιωδὲς.
    - ἕλιξ i. voluulus, ſeu capreolus, qui implet circumferentiam aurium ab alula.
- τράχηλον i. collū, de quo A.
- θώρακα, i. thoracē de quo B
- χεῖρας i. manus, de quib. C.
- σκέλη i. crura, de quibus D.

- ἀνθέλιξ.i.anthelix capreolo oppoſita pars,quę in medio attollit cauitatem.
- κόγχη.i. concha cauum poſt anthelica.
- τράγος i.hircus,qui eſt ἔξαρμα i eleuatio apud extremum temporis.
- ἀντίλοβιν, quæ eſt finis uoluuli,per breuis particula.
- ἀντίτραγος.i.antitragus,quæ eſt pars craſſior anthelicis oppoſita hirco.

- Πρόσωπον.i.facies quæ, licet ſit toſa capitis anterior pars, præcipue tamẽ eam conſtituũt & in ea contineri dicuntur.
  - μῆλα i.malæ ſunt eminentiæ ἐξάρματα faciei ſub oculis,in quibus erubeſcimus.
  - παρειαί. id eſt, genæ etiam dicuntur σιαγόνες, & γνάθοι. i. maxillæ,quæ duplices,altera
    - ſuperior
    - inferior,cuius partes
      - γένειον,& ἀνθερεών.i.mentum,quod eſt acutior pars τὸ ἀποξύ.
      - λαυκανία i.album,quod eſt τὸ σαρκῶδες. i. carnoſa pars, quo nomine quidam ſignificant cauum ſub iugulo,appellantes hanc anthereona.
  - Πώγων, i.barba, cuius partes.
    - ἴουλος. i. lanugo, quæ eſt iuxta tempora primus pilorum exortus πρώτη βλάστησις.
    - προπωγώνιον. I. probarbium, quod eſt primus exortus pilorum in ſuperiore maxilla
    - μύστακες.i.myſtaces,qui ſunt pili oblongi,& aucti in eadem ſuperiore maxilla.
    - Πάππος.i.pappus,qui ſunt pili in ſumma parte menti.
    - ὑπήνη.i barba,quæ eſt ſub mento.
  - στόμα. i.Os,quod eſt prima τομή,id eſt ſectio labiorum,& ſequens ἰσθμὸς χώρα. i. ſpatium uſque ad guttur,in quo ſũt
    - γνάθοι, id eſt, maxillæ, in quibus
      - χαλινοί.i.frena, quæ ſunt σύνδεσις. i. colligatio maxillarum.
      - τράπεζα.id eſt,menſa,quæ eſt latum illud ſpatium molarium.
      - ὁλμίσκοι.i.mortariola,ſeu φάτνιαι.i præſepia.quæ ſunt cauitates maxillarum,quibus infixi dentes.
      - οὖλα.id eſt gingiuæ,quæ ſunt circa radices dentium caruunculæ.
    - ὀδόντες. i. dentes, quos aliqui vocãt κραντῆρας confectiores. Horũ alii in vtraq; maxilla dicuntur
      - τομεῖς.i.inciſores,qui ſunt primi quatuor.
      - κυνόδοντες,id eſt, canini dentes, qui utrinque ſinguli ſequuntur inciſores.
      - μύλαι.καὶ γόμφιοι.id eſt molæ,& paxillares, qui ſunt poſt caninos utrinque quinque.
      - σωφρονιστῆρες,id eſt moderatores (quidam latine uocant genuinos)qui molaribus ſequuntur vtrinque unus, & tunc fiunt,cum incipiunt homines σωφρονεῖν. i. ſapere, & agere prudenter non puteriliter.
    - γλῶττα.i.lingua,in qua ſunt.
      - ῥίζα i.radix,unde ipſa exoritur.
      - γλῶσσα i.lingua ipſa,quę eſt τὸ μυῶδες. i. pars muſculoſa linguę.
      - πρόγλωσσον, i. prælingua, quod eſt principium linguæ.
      - αὐχήν. id eſt, collum linguæ,quę eſt pars conſequens τὸ ἐφεξῆς.
      - παραστάματα. . . . quæ ab utroque linguæ latere hinc inde ſunt partes.
      - ὑπογλωττίς i.ſypoglottis pars inferior linguæ τὸ κάτωθεν.
      - ἐπιγλωττὶς epiglottis,quæ eſt periculum intus gutturi impoſitum, cum bibimus, ne quod incidat in pulmones, reſpirantibus uero attollitur ne quid impediat reſpiratum.

A
Τράχηλος i. collum, quod infra caput vocatur etiam δειρὴ καὶ αὐχὴν. i. ceruix. Huius partes ſunt.

- φάρυγξ, ſeu φαρύγεθρον. i. fauces, quę dicitũ tota illa εὐρυχωρία. i. cauitas, quæ adhibetur in degluticendo, in qua
  - οὐρανὸς i. cęlum, ſeu ὑπερῴα, i. palatum, quod eſt caua ſuperioris maxillæ pars
  - Κίων i. columna, ſeu κιονὶς. i. columnula ſiue columela, & γαργαρεὼν i gurgulio, qui eſt proceſſus ex palato uocatus ab Ariſto. σταφυλοφόρον. i. vuiferum, quoniam ea parte inflammata vuę quid ſimile propendeat, morbus dicitur σταφυλὴ i. vua, quo etiam nomine pars vocatur.
  - Παρίσθμια, ἀντιάδες καὶ μῆλα i. tonſillæ, quę ſunt ab vtroque latere fauciũ cauoſæ, & glandoſæ partes, quæ quaduæ.
    - in ſummo gutturę
    - infra guttur
- ὑποδειρὶς. id eſt, ſub ceruix, quæ eſt ex anterioribus poſtrema pars, ἐκ τῶν προσθίων τελευταῖον.
- Βρόγχος, id eſt, Bronchus, & τραχεῖα ἀρτηρία, i. aſpera arteria in anteriori parte, per quam ſpiritum trahimus.
- λάρυγξ. i. guttur, qui eſt ὑπεροχὴ eminentia Bronchi.
- λευκανίη i album. cauum ſub clauibus ita vocatum ab Homero medici dicunt ἀντικάρδιον. i. contra cor & σφαγὴν i. iugulum.
- τένοντες. i. tendones, qui ſunt a parte poſteriori.
- ἐπωμὶς, Epomis, quæ a tendonibus ad humeros deſcendit pars.
- ὦμος. id eſt, humerus, qui eſt caput brachij, quod cum homoplata, & toto articulo connectitur.
- κοτύλη Cotyle, ſeu acetabulum humeri, quod eſt cauum homoplatæ.
- ὠμοπλάται, homoplatæ, quæ ſunt oſſa lata dorſo ſuper incumbentia.
- ῥάχις ὠμοπλάτων. i ſpina homoplatarum, quæ ſunt illarum per medium ὑπεροχαὶ. i. eminentiæ.
- ἀκρώμιον Acromium homoplatarum, & iuguli συνδεσμὸς copula, quod Eudemus dicit eſſe quoddam os exiguum ἰσάριον τι.
- Κλεῖδες claues, ſeu iugulum, quæ ſunt oſſa ſub collo, quæ cum pectoris oſſe ἐρηρεισμέναι. id eſt, commiſſæ prohibent, ne humeri, & homoplatæ concidant, ut in cæteris uſu venit animantibus, & hinc homo animantium πλατυστερνότατος, id eſt, latisſimi pectoris.

B θώρακα. i. Thoracē, qui cōplectitur totū id, quod à clauib. ad pudēda extenditur. Huius partes ſunt.

- στῆθος. i. pectus, quod eſt τὸ ἔμπροσθεν τὸ μέσον. i. medium in anteriori parte.
- στέρνον. i. ſternum, in quod inſeruntur coſtæ.
- νῶτον. i. tergum, quod eſt poſterior, ſeu auerſa pars à collo uſque ad metaphrenum.
- μετάφρενον. i. metaphrenum, quod eſt pars locata inter tergus, & lumbos ad renum proceſſum.
- ὀσφύες. i. lumbi, qui ſunt τὸ τελευταῖον τῆς ῥάχεως. i. extremum ſpinæ.
- μαστοὶ, καὶ τιτθοὶ, i. mammę, & ubera, quorum
  - θηλὴ. i. pupilla dicitur extrema pars
  - κύαμος. i. faba, primum in pubeſcendo incrementum.
  - ἄσκωμα. i. vtris vber, Totus tumor ὅλος ὄγκος, & præcipue ac magis proprie in fęminis.
- πλευρὸν. i. latus, quod eſt totum ſub ala contentum.
- πλευραὶ. i. coſtæ, quæ ſunt oſſa ipſius lateris.
- μεσοπλεύρια. i. intercoſtalia, quæ ſunt ſpatia interiecta coſtis.
- νόθαι πλευραὶ. i. ſpuriæ coſtæ, quæ ſunt illæ quæ ſternum non attingunt.
- στόμα τῆς κοιλίας. i. os ventriculi, quod eſt cauum ſub pectore, quod etiam vocant προκάρδιον. i. anteccor, καρδίαν. i. cor, & morbos in hac parte cardialgias, & cardiogmos.
- χόνδροι. i. cartilagines, quæ ſunt ſpuriarum coſtarum termini.
- ὑποχόνδρια, i. hypocondria, & muſculoſæ ſub cartilaginibus partes.
- κοιλία καὶ γαστὴρ. i. aluus, ſeu uentriculus, qui ſtatim illa ſubſequitur
- ἐπιγάστριον. i. epigaſtrium quod eſt ſuper extenta uentriculo cutis.
- ὀμφαλὸς i. Vmbilicus, qui eſt cauum in medio uel ſectio uenarum, per quas alitur fætus, cuius partes.
  - ἀκρόμφαλον. i. medius umbilicus.
  - γραῖα i. uetula, quæ eſt pellis umbilicum tegens, quæ corrugata ſenium indicat.
- ὑπογάστριον, & ἦτρον. i. abdomen, & Aqualiculus, quod eſt pars umbilico ſubiecta ὑπὸ κάτω.
- ἐπίσειον, & ἥβη. i. pecten, & pubes, quam partem etiam uocant ἐφήβαιον. i. ephebæum contiguam ab abdomine partem ad pudenda.
- αἰδοῖον. id eſt, pudendum, quod duplex
  - ἄρρενος. id eſt, maſculi, cuius partes
    - καυλὸς, & σῶμα i. caulis, & eſt pars pendula natura ἀποκρεμὴς φύσει.
    - ὑπόστημα. i. ſedimentum pars non pendula, & collum ueſcicæ.
    - τράμις. i. trames, quæ eſt linea per medium uergens, quam aliqui vocant ὄρρον.
    - βάλανος. i. glans, quod eſt extremum cauditis.
    - ποσθὴ. i. præputium, pellis, quæ glandem ambit.
    - ἀκροποσθίον acropoſthium præputij extremum, quo illud glandi alligatur.
    - οὐρήθρα, & οὐρητικὸς πόρος. i urinaria, ſeu urinarius meatus, qui eſt cauernula, κοίλωμα, per quam excernitur ſemen, & urina, neque dicas ureteras, quoniam ureteres ſunt, per quos urina, à renibus in ueſicam delabitur.
    - ὄσχεος. i. ſcrotum, quod eſt pellis, qua inuoluuntur teſtes, cuius partes
      - λακκόπεδον. i. Laccopedum, quod eſt pars laxior ſcroti, quidam ἀχιχάδαφον. Athenienſes λακκοσχέαν uocant.
      - πλιχὰς quæ eſt pars inter ipſum ſcrotum, & ſedimentum, & femur.
    - δίδυμοι, & ὄρχεις i. gemini, & teſtes quorū
      - pars ſuperior κεφαλὴ. i. caput
      - pars inferior πυθμὴν i. fundum.
  - γυναικὸς i. fęminæ, cuius partes
    - κλεὶς i. clauis, quæ eſt triangularis terminus τρίγωνον πέρας, quod etiam uocant nonnulli ἐπίσειον.
    - σχίσμα. i. rima prima τομὴ i. ſciſſura, & ſectio pudendi.
    - νύμφη, καὶ μύρτον. i. nympha, & myrtus, quæ eſt muſculoſa caruncula in medio, quam vocant alij ὑποδερμίδα. i. ſubpelliculam, alij κλειτορίδα, vnde κλειτορίζειν eſt laſciue eam contrectare.
    - μυρτοχειλαι, i myrtolabia, quæ ſunt carneæ partes utrinque, quas uocat Butyphon κρημνοὺς. i. rupes, recentiores uocant πτερυγώματα. i. alas.
- Ῥάχις. id eſt dorſū, in quo
  - σπόνδυλοι. i. vertebræ, quæ ſunt illius oſſa. Homerus vocat ἀστραγάλους. i. Talos.
  - ἄκανθα i. Spina, quæ eſt φύσις. i. natura, & compago uertebrarum.
  - ἱερὸν ὀστοῦν. i. ſacrum os, quod nonnulli uocant ὑποσπόνδυλον. q d. ſubuertebrium.
  - κόκκυξ. i. Coccyx. qui eſt extremum oſſis ſacri τὸ ἄκρον.
  - λαπάραι, & κενεῶνες. q d. teneræ & molles partes. quæ ſub coſtis.
  - Coſtarum oſſa, quarum cauitates κοτύλαι. i acetabula.
  - πυγαὶ, ἑδράνα, i. clunes, & ſedilia, quę ſunt illud, carneum, quod eſt ſub lumbis, quod aliqui uocant γλουτοὺς. i nates.
  - ὑπογλουτίδες. i. ſubnates, partes ſubiectæ natibus.

- μασχάλη.i.ala,quæ eſt, cauum ſub Humero,in quam ſæpenumero luxatus humerus delabitur.quidam μάλην dicunt,ſed non eſt græcum vere.
- βραχίων.i.brachium,quod eſt omne quod humerum conſequitur cuius caput κεφαλὴ dicitur tum.
  - ἡ πρὸς τοῦ ὤμου ἀποφύσις.i.globoſitas circa humerum.
  - Interior eminẽtia ὑπεροχὴ ad cubitum.
- χεῖρες. i. manus, quæ dicuntur τὸ ὅλον ἀπὸ τοῦ ὤμου .i.totum,quod ab humero pẽdet,& quo apprehendimus ῷ κρατοῦμεν. Cuius partes ſũt.
  - ἀγκὼν.i.Cubitus,quod alij vocant ὠλέκρανον Dores κύβιτον, quod eſt totus ille articulus & τὸ ὀξὺ.i. acutum illud,cui reclinati innitimur, cuius ad carpum vſque tendentia ſunt.
    - πῆχυς.i.vlna quod eſt os ſuppoſitum ὑποτεταγμένον.
    - κερκὶς.i. radius, quod eſt os ſuperpoſitum ὑπερκείμενον.
  - καρπὸς i. carpus,ſeu brachiale.
  - μετακάρπιον, i.metacarpium,uel Tarſus, quod eſt latum illud conſequens carpum, & adnatum.
  - Δάκτυλοι.i. digiti,qui
    - μέγας.i.magnus, qui ab aliis eſt ſeparatus latitudine, pollex, cuius partes
      - θέναρ.i.pectus, quod eſt caro pollicis ſub cauo
      - θέναρ, quod ſpatium illud carneum inter indicem, & reliquos.
    - λιχανὸς.i.index
    - μέσος i medius.
    - παράμεσος. latine annularis.
    - μικρὸς.i paruus.
    - Quorũ omnium ſunt
      - σκυταλίδες. i. ſuculæ
      - φάλαγγες.i.internodia
      - ἄρθρα i. articuli, ex quib. dicuntur
        - Primi προκόνδυλοι.
        - Medii κόνδυλοι.
        - Vltimi μετακόνδυλοι
      - ῥιζωνύχια.i.radices vnguium.
      - ῥάγες.i acini,qui ſunt ἐσχάτοι. i. interius extrema digitorum.
      - κορυφαὶ i. vertices.
      - ὑποθέναρ.i.caro illa ſubiecta in digitis vbi manus cauitas.
- βουβῶνες i.inguina, quæ ſunt τὰ ἔμπροσθεν τῶν μηρῶν.i. anteriores partes coxarum iuxta pubẽ.
- ἰσχίον.i coxendicem,qui continet et
  - Neruum ad acetabulum
  - Totum articulum
- μηροὺς. i. coxas quæ continẽt
  - παραμήρια.i femora,quę ſũt coxarum externæ partes
  - μεσομήρια. i. interfemina, q̃ ſunt μεταξὺ τῶν μηρῶν. i.illud quod eſt inter coxas.
- σκέλη.i.crura is pedes, qui vt ſupra manus latè ſumpti continent has omnes partes.
  - γόνυ genu, quod eſt articulus coxam tibiæ coniungens,ad quem pertinent.
    - ἐπιγονατίδες,quaſi dicas,adgeniculares,qui ſũt muſculi ad genu locati.
    - ἐπιγονατὶς.i patella,quod eſt os genu impoſitum,quod vocat Hipp ἐπιμυλίδα.
    - ἰγνύα. i. poples, quæ eſt poſterior pars τοῦ ὄπισθεν,in quo inflectimus genu.
  - γαστροκνημίαν.quaſi dicas ventriſuram,qui eſt magnus muſculus,quo latus neruus ad calcem πτέρνην inſeritur.
  - κνήμην ſuram,quæ eſt interior pars,quam Herophilus vocauit κερκίδα.i.radium.
  - ἀντικνήμιον, quaſi dicas, contraſuram, id eſt tibiam,quæ eſt ſuræ os anterius τὸ ἔμπροσθεν.
  - σφυρὰ,id eſt,malleolos,qui ſunt τὰ ἄκρα.i.extrema utrinſque oſſis ſuræ, & tibiæ pedi inſerta,quæ male uocantur ἀστράγαλοι,id eſt,tali. habet enim pes humanus talum, ſed ſub malleolo reconditum,& non conſpicuum.
  - πτέρνα,id eſt calcaneos,qui ſunt poſterius os rotundum pedis τὸ ὀπίσθιον.
  - πεδίον, καὶ ταρσὸν,id eſt plantam,quæ eſt τὸ ἔμπροσθεν πλατὺ i.os latum anterius.
  - στῆθος, id eſt pectus, quod eſt τὸ κάτωθεν inferior pars poſt cauum, unde prodeunt digiti.
  - δακτύλους, id eſt digitos, qui ut ſupra de manu dictum, & appellantur, & diuiduntur in partes.

IN-

INTERNARVM HVMANI
CORPORIS PARTIVM
Anatome.

Internæ corporis humani partes diuiduntur ſimili modo ut externę, nẽpe in

- Caput, in quo conſiderantur
  - Κρανίον i. Caluaria, cuius
    - Tunica ſub cute dicitur περικράνιον.i.Pericranium, quod cranium obuoluat, vt in oſſibus dicitur περιόστεον.
    - Suturæ ῥαφαὶ duarũ ſerrarum compagem imitatæ, quibus oſſa committuntur carent nomine apud ueteres, ſed quidam Aegyptij græce non bene docti nominarunt videlicet eam quæ committit.
      - Sinciput, στεφανιαίαν.i.coronariam.
      - Occiput, λαμβδοειδῆ i. lambdoidem à ſimilitudine literę λ.
      - Medium verticem, quæ in aliquibus ſuturam tranſit ſincipitis & meſophryo terminatur, ἐπιζευγνύουσαν. i. coniungentem.
      - Oſſa temporum à ſquammarum ſimilitudine nomen adepta vtrinque, λεπιδοειδὲς.i.ſquammiformis, quæ duæ.
    - Oſſa ſunt.
      - διπλόη.i. duplicata, quæ eſt oſſium cranij meditullium τὸ μεταξὺ τῶν ὀστῶν
      - ἠθμοειδὲς.i.cribriforme, quæ ſunt frequentia foramina ad Naſi initium, vnde fit πταρμὸς.i.ſternutatio, & μύξα.i. mucus ſine dubio exit, per quæ etiam aliqui dicunt nos attrahere ſpiritus in cerebrum.
      - λιθοειδῆ.i.lapidea, ſeu ſaxiformia ob firmitatem ita appellata, propinqua oſſa auribus utrinque unum ſubalbidum, & durum, quale caput magni digiti manus, ubi auditorii perforati meatus.
      - καταφερεῖς ὑπεροχαὶ πρὸς τὸ ἰνίον.i.propendentes eminentiæ ad occiput. quæ nonnulli vocant λιθοειδῆ, ſed male, cum vacua ſint, & cauernoſa σηραγγώδεις, nec ſolida, quare nomini non reſpondent.
    - μύες.i.muſculi.
      - ζυγώματα, quæ ſunt proceſſus ab auribus ad malas tendentes.
      - κροταφῖται.i.temporales caua temporum replentes.
      - μασητῆρες.i.manſores circa maxillam inferiorem τῆς κάτω γνάθου.
      - στυλοειδεῖς. i.columniformes. proceſſus tenues, & oblongi deorſum inclinantes ad fauces, πρὸς τὸν φάρυγγα.
    - τρήματα.i. foramina, partim.
      - ἀνώνυμα. i.carentia nomine, quæ multa.
      - τυφλὰ i.cæca, duo ita dicta, quod nõ ſint in rectum perforata, de quibus diſſentiũt medici, alij n. volunt eſſe quæ ſunt,
        - Propè maximum Caluariæ foramen, per quod ſpinalis medulla inſeritur uertebris εἰς τοὺς σφονδύλους ἐμβάλλει. quæ non peruadũt magnum ſp. medullæ cauum.
        - πρὸς ταῖς ἀκοαῖς.i. propè auditorios meatus, & parum ante maxillæ articulos, q̃ etiam non ita cæca, quin ſubeant foramina cribriformia.
  - ἐγκέφαλος. i.Cerebrũ, in quo ſunt
    - μήνιγγες. i.mẽbranæ, quæ illud tegunt, altera.
      - Craſſior, & fortior ad os.
      - Tenuior, ac minor, ſed firma tamen εὔρωστος ad cerebrum.
    - Partes ipſius duæ.
      - Superior τὸ ἄνωθεν κιρσοειδὲς.i.varicoſa.
      - Inferior τὸ κάτωθεν, & ὄπισθεν, βάσις.i.baſis.
    - Παρεγκεφαλὶς.i. cerebellum, qui proceſſus eſt cerebri à baſi proficiſcens
    - Cauitates, ſeu ventres κοιλίαι.
    - Tunica ventres tegens intra, χοροειδὴς i.choroides ſecundinis ſimilis.
    - Βλαστήματα.i.germina quæ ſunt nerui partim.
      - αἰσθητικά. i. ſenſorii, à quibus ſenſus fit.
      - προαιρετικά. i.electorii, per quos fit κίνησις προαιρετικὴ id eſt, motus voluntarius.
        - Ex quibus nonnulli etiam à ſpinali medulla, & membrana illam inuoluente oriuntur.
    - μυελὸς.i.medulla, νωτιαῖος, & ῥαχίτης, id eſt, dorſalis, & ſpinalis dicta, quę per vertebras deſcendit.
  - ὀφθαλμοὶ .i.Oculi uidę A.
- Collũ, de quo uide B.
- Thoracẽ, de quo ui de C.
- Crura, de quibus uide D.
- Brachia, d quibus uide E.

- A *ὀφθαλμοί*. id eſt, oculi, quorum Tunicæ ſunt.
  - 1, *κερατοειδὴς*.i. Ceratoides, quæ eſt in conſpicuo *ὁ ἐν τοῖς ἐμπροσθίοις*.
  - 2, quę duplex
    - *ῥαγοειδὴς* i ragnides,& eſt pars quæ ſubijcitur ipſi ceratoidi, ita dicta, quòd externo lęuore, & interiore denſitate ſit ſimilis acino vuę.
    - *χοριοειδὴς*.i choroides,quæ eſt pars ſubiecta albo,ita dicta, quod cum uenis ſit, *μετὰ φλεβῶν*, & ſimilis fœtum circuntegenti tunicæ,quæ dicitur *χοριοειδὴς* choroides, & ſecundina.
  - 3, quæ continet *τὸ ὑαλοειδὲς*: i. uitreum humorem, uocatur tum
    - antiquo uocabulo *ἀρχαῖον ὄνομα ἀραχνοειδὴς*.i.Aranea ob tenuitatem.
    - *ἀμφιβληστροειδὴς*. i.reticularis,ita dicta quod Herophilus eam aſſimilat reti contracto.
    - *ὑαλοειδὴς*. i.Vitrea,ab humore,quem continet.
  - 4, quæ ab initio fuit *ἀνώνυμος* i innominata,& carens nomine, mox dicta
    - *φακοειδὴς* phacnides.i.lenticularis ob figuram lenti ſimilem.
    - *κρυσταλλοειδὴς*. i chryſtalloides propter humorem chriſtallinum ab eo contentum.
  - *ὀδοὺς*.i.Dens prima vertebra, & os ſub tonſillis, quod comprehendit gutturis caput, ita dictum ab Hippocrate, quod vocant
    - nonnulli *ὑψιλοειδὴς* à figura υ literæ.
    - Herophilus *παραστάτην*.i.aſſeſſorem, quod tonſillis adhæreat.
- B *Τράχηλον*, id eſt collum, in quo ſunt.
  - *πυρηνοειδὴς* quaſi dicas oliualis ab oliuæ ſimilitudine dictus proceſſus ſecundæ vertebræ *ἄνω καὶ ἔμπροσθεν*.i. ſupra, & ante.
  - *στόμαχος, καὶ οἰσόφαγος* i.Gula,per cuius iter cibi, potionesque in ventriculum abeunt.
  - *Τόνοι* i Toni qui ſunt nerui ab utroque latere gulę, quo etiam nomine dicuntur cætera ſenſoria,& fibrosa organa.
  - *βρόγχος*. i. guttur ſummum tracheæ arteriæ.
  - *Βρόγχια* id eſt Bronchia, qui ſunt proceſſus ad illius plexum creati,dicti etiam *σήραγγες* cauernæ,& *ἀορταί*.

- θώρακα. i. Thoracē, in quo lateur ſupra ſũ pto, ſunt
  - καρδία i. Cor, quod eſt principium ἀρχὴ
    - Huius dicitur
      - τοῦ θερμοῦ. i. caloris
      - τοῦ ζῆν. i. uiuendi
      - τοῦ σφύζειν. i. pulſus
    - κεφαλὴ. i. caput ſuperior pars.
    - πυθμὴν. i. fundus ima, & acuta pars.
    - κοιλίαι i. uentriculi, cauitates κοιλώματα. altera in
      - lœua denſior dicta ἀρτηριώδης arterialis.
      - tenuior in dextra dicta φλεβώδης i. uenalis.
    - ὦτα i. aures, vtrinque à capite quaſi alæ, cauæ, molles, & mobiles, vbi tota fit cordis pulſatio, πᾶσα σφύζει καρδία.
    - Περικάρδιος. i. pericardium, tunica ciogens cor.
  - ὑμένες. i. membranæ tres
    - διαφράττοντα τοῦ θώρακος. i. inter ſepientes thoracis.
    - ὑπεζωκότες i. ſuccingentes, quæ ſub coſtis.
    - διάφραγμα, καὶ φρένες, i. ſeptum, & phrenes, quæ diſtinguunt uiſcera pectoris ab inferioribus.
  - ἀδένες i. glandulæ, cuiuſmodi multæ ſunt, quædam
    - ad collum πρὸς τῷ τραχήλῳ.
    - ſub alis ὑπὸ ταῖς μασχάλαις.
    - in inguinibus ἐν τοῖς βουβῶσι.
    - in meſaræo, quæ ſunt carnes ὑποπίμελοι, καὶ ψαθυραὶ. i. ſubpingues, & flaccidæ.
    - θυμὸς i. thymus adnatus πεφυκὼς capiti cordis, ſeptimæ colli vertebræ ἐπιβάλλων. i. inſidens, & broncho ad extrema pulmonis ſito, qui in omnibus non uidetur.
  - inteſtina τὰ ἔντερα. ſub diaphragmate locata, in quibus ſunt
    - ἡ ἄνω κοιλία. i. ſuperior ventriculus, qui eſt prima ſuperior pars, & dicitur etiam γαστὴρ i. venter.
    - πυλωρὸς. i. pylorus, qui eſt primus proceſſus ἔκφυσις inteſtini.
    - νῆστις. i. ieiunum ita appellatum, quod ſemper ſit alimento uacuum.
    - λεπτὸν ἔντερον. i gracile inteſtinum, ex quo biceps exortus διπλῆ ἔκφυσις.
      - τυφλὸν. i. cæcum ita dictum quia ita ueræ.
      - κῶλον i colum, quod dicitur etiam ἡ κάτω κοιλία i. inferior venter, quem uocat Homerus νειαίρην. i. nexram.
    - μεσεντέριον, καὶ μεσάραιον. i. meſenterium, & meſaræum, quod eſt uinculum omne inteſtinorum, nam ἀραιὰν γαστέρα, uentriculum & uotueiſum inteſtinum antiquitus vocabant.
    - τὸ ἀπευθυσμένον i. rectum inteſtinum, quod eſt poſt colũ iuxta ſedem, & Principem τὸν ἀρχὸν.
    - ἐπίπλοον. i. omentum, quod ex globoſa uentriculi parte enaſcens ἐκπεφυκὸς ipſum tegit, & partem aliquam reliquorum inteſtinorum.
    - περιτόναιον. i. peritonæum, quæ eſt tunica a renibus circum omnia viſcera extenta.
    - πάγκρεας pancreas, quod eſt caro præpinguis, & glandulosa prope primum exortum inteſtini.
  - ἧπαρ. i. Hepar, quod à dextera eſt uentriculi, in quo
    - κυρτὰ i. conuexa ſunt partes quæ ſeptum, & peritonæum attingunt.
    - σιμὰ. i. caua, quę inferiores partes & uentriculum tangunt
      - medium anguſtũ μέσον στενὸν dicitur ceruix.
      - inferior pars fundus.
    - χολῆς ἀγγεῖον. i bilis uaſculum, quod eſt ſub lobo maximo huius
    - πύλη ἥπατος. i. porta iecoris, uena, per quam alimẽtum ingreditur
    - partes aliæ quædam, quæ in aruſpicina ἱεροσκοπία conſiderantur & ſunt etiam in homine, licet obſcuræ, ſed ad nullum uſum medicum, quos uocant.
      - πύλας portas.
      - τράπεζαν. i. menſam.
      - μάχαιραν. i enſẽ
      - ὄνυχα. i. unguem
  - σπλὴν i. ſplen, ſeu lien, qui ad ſiniſtra uentris locatus, cui ad iunctæ partes.
    - κεφαλὴ, i. caput, quod eſt ipſius ſumma, & craſſior pars, παχὺ καὶ ἀνωτάτω.
    - νεφροὶ δύο. i. renes duo, qui ſiti ad extremas illius pleuras πρὸς ἐσχάταις πλευραῖς.
    - οὐρητῆρες. i. vreteres, ſeu vrinarii ex renibus prodeuntes & in ueſicam delati.
    - κύστις. i. veſica, quæ eſt conceptaculum, in quod è renibus per vrinarios meatus vrina deſcendit cuius partes
      - τράχηλος i collum.
      - ὑπόστημα i. ſedimentum.
      - τρῆμα. i. foramen.
    - σπερματικὰ ἀγγεῖα i ſeminaria uaſa, quæ etiam dicta γόνιμοι φλέβες. i. genitales uenæ, quæ quatuor, quorum duo
      - κιρσοειδῆ i. varicoſa, quorum partes teſtibus adiacentes παραστάται. i. aſſeſſores vocatur, quo nomine totum quidam uocant, & dubitatur utrum ſint eędem in fęminis, quæ in viris, quod Herophilus negat.
      - ἀδενοειδῆ. i glanduloſa.

ψοαὶ

ψύαι pſoæ.i.muſculi intra lumbos ἐν δόθεν τῆς ὀσφύος, qui ſoli etiam ex dorſalibus τῶν ἄλλων ῥάχιν lumbis adnati ſunt παρατριφυκασι. hos etiam uocant νεφρομήτρας ſiue νεφρομήτρας & ἀλώπεκας.i.uulpes, quibus nominibus non recte quidem ſentit Clitarchus uocari exteriores dorſi muſculos, quam varietatem nominum magni refert cognoſcere, ut medicorum ſcripta recte intelligantur.

γεννητικὸν μόριον i. genitale mẽbrum, q̃d eſt duplex
- Virile, de quo dictum in enumeratione partium externarum.
- muliebre cuius
  - nomina ſunt
    - μήτρα. i.matrix.
    - ὑστέρα i.vulua.
    - δελφὺς.i.vterus.
    - γονὴ.i. genitura
    - { apud Hippocratem.
  - partes
    - κεραῖαι, & πλεκτάναι,i.cirrhi, qui ſunt proceſſus hinc inde ἐπὶ τὰ ἄνω, uerſus ſuperiora.
      vaſa ipſum extra ſuſtinentia, ἀνέχοντα ἀγγεῖα.
    - πυθμὴν i.fundus quod eſt τὸ μέσον, καὶ ἀνώτατον.i.medium, & ſupremum.
    - ὦμοι i.humeri, qui ſunt membra utrinq; appenſa τὰ ἑκατέρωθεν.
    - αὐχὴν, καὶ τράχηλος i.ceruix, & collũ, quod eſt τὸ ἄκρον .i.ſumma pars.
    - primus meatus πρῶτος πόρος, qui eſt os colli, quod Hippocrates uocat ἀμφίδιον, a ſimilitudine teretis ferri, q̃d præfigitur aratro.
    - γυναικεῖος κόλπος.i.ſinus muliebris, qui eſt cauum illud conſequens, τὸ κοίλωμα.
    - αἰδοῖον pudendum, quod eſt τὸ σύμπαν.i.totum membrum cum partibus conſpicuis, qui dicitur etiam cũnus.

Δίδυμοι. i. teſtes in quibus ſunt
- χιτῶνες. i Tunicę quarum dicuntur aliæ
  - ἐρυθροειδεῖς.i. di cas rubri formes
  - δαρτοὶ.i. darti
- κρεμαστὴρ.i. ſuſpẽſor qui eſt neruus cauus in teſtem deſcendẽs, & arteria
- τρέφοντα τὸν δίδυμον. i. nutrientes teſtem, quæ ſunt uenulæ, quibus aluntur teſtes

φλέβες. i. venæ, q̃ ſunt τὰ λεπτὰ τῷ χιτῶνι ἀγγεῖα, καὶ ἔναιμα, uaſa tenui tunica prædita, & ſanguinea. harum aliæ dicuntur.
- cauæ κοῖλαι, in quo nomine magna uarietas nã
  - antiquitus omnes magnæ dicebantur cauæ.
  - mox uſus obtinuit, ut medici ſolam eam cauã nominarent, q̃ ab Hepate ad renes exortus mittit τὰς ἀποφύσεις, ubi Praxagoras dicit eſſe primum febrium initium, & ipſe etiam hanc uocat cauam.
  - alij uero uocarunt cauam eam quoque, quę ſuperior in cor per phrenas tendit, quam alii quidam una cum ſuperiori uno nomine appellarunt ἡπατῖτιν, ideſt hepaticam, ut quæ à ſplene ſpleneticam.
- σπληνῖτις.i.ſplenetica, quæ non eſt, ut ab Hepate, ſurſum uerſus, atque dorſum tendens ad cauam uenam, ut nonnulli mentiuntur, ſed ad ſplenem tendentes uenulæ ſunt tenues, & ibidem in liene terminantur.
- ἀετοὶ i. Aquilæ, quæ ſunt uenę à temporibus ad caput tendentes, ita appellatę à Philiſtione italico, Doricorum more ibi degentium.
- Δρακοντίδες Draconicæ ita appellatę ab Hippocrate, quæ à corde illico naſcũtur εὐθὺς ἀπὸ καρδίας.
- Ἀρτηριώδης i.arterialis, quę eſt uena maxima, & craſſiſſima à corde in pulmonem tendens φορουμένη.ita appellata ab Herophilo, nã in pulmone cõtrario ſe habent pacto uenæ ὑπεναντίως, ac alibi. ſunt.n. uenæ ualidiſſimæ prope accedentes ad naturam arteriarum, & arteriæ debiles ſimillimæ natura uenis. quas primus omnium, quos nouerim Dionyſius Oxymachi f. appellauit ἐπανθισμοὺς q.d. efflorecentias, & licet Eudemus dicat hoc uocabulum ſignificare uenã, mihi tamen uidetur Dionyſius uocare efflorecentiam non uenam, ſed uas quoddam ſimile uenæ ſanguinis receptaculum, quod facile oſtẽdit, dum crebro inculcat hæc tria uenam, efflorecentiam, arteriam, ſi. n. idem eſſet eum uena, non ita diſtincte nominaſſet, ſed iudicauit eſſe quid diuerſum à uena, & ita appellabat.

ἀρτηρίαι. i.arteriæ, quæ
- uocabãtur
  - ἀρχαιότατοι.i. antiquiſſime uenę & cũ dicebãt uenas σφύζειν. i pulſare, intelligebant arterias, quarum officium eſt & munus pulſatio.
  - ἀορταὶ i. Aortæ.
  - πνευματικὰ ἀγγεῖα.i. uaſa ſpiritalia
  - σήραγγες.i.cauernæ.
  - νεῦρα i.nerui.
- ſunt
  - ἀορτὴ. Aorta proprie, & ἐξαιρέτως. i. pręcipue apud Ariſtotilem, quæ maxima omnium per dorſi ſpinam fertur παρατέταται τῇ ῥάχει, hanc παχεῖαν.i.craſſam uocare conſueuit Praxagoras.
  - καρωτίδες.i carotides, quæ cauæ per collum deſcendunt, ita ab antiquis appellatę, quod ipſis compreſſis homines fierent muti, & elingues, καρώδεις, καὶ ἄφωνοι, nunc autem deprehenſum eſt πάθημα.i.affectum illum non eſſe arteriarum, ſed ſenſientium neruorũ prope poſitorum, quare licet nomina commutare.

- Νεῦρα. id eſt nerui, ſub quorũ diſpu[t]atione cõprehenduntur
  - ſimpliciter dicti nerui qui ſunt partim
    - cerebri / Dorſi — Qui vel
      - πρακτικά i. actiui
      - αἰσθητικά. i. ſenſiles
      - προαιρετικά. i. electiui, & voluntarij motus auctores.
      - τόνοι. i. Toni.
    - περὶ τὰ ἄρθρα. i. circa articulos, & ſunt συνδετικά i. colligatiui.
  - partes eorũ naturæ quoquo modo participes, & ad illos pertinentes ut
    - τένοντες. i. Tendones, qui ſunt craſſi exortus ab occipitio ἐκφύντες παχεῖαι, in calcem a muſculis exorientes feruntur.
    - χόνδροι. i. cartilagines, quæ ſunt in extremis oſſium neruis duriores.
    - ὑμένες. i. membranæ, quæ ſunt tenuia uelamenta λεπτὰ καλύμματα
    - χιτῶνες. i. Tunicæ, quæ ſunt craſſiora uelamina.
    - πιμελή. i. adeps, quæ eſt λιπαρώτατον πῆγμα τῆς τροφῆς. i. præpinguis concretio cibi.
    - σάρξ. i. caro, quæ eſt in
      - Viſceribus τοῖς σπλάγχνοις, quod concreſcit inter uaſa τὸ μεταξὺ τῶν ἀγγείων πεπηγός. veluti ὑφαντις. id eſt, ſubtegmen aliquod, & πλήρωμα id eſt, repletum, & farcimen plexus uaſorum, ne ſint inania in medio.
      - Muſculis fibroſa, ἰνώδεις, & ſolida, queque in ulceribus, & cauis oſſium ſtatim ἄρτι concreſcit.
    - μυελός. i. medulla, quæ in
      - Spinæ dicitur ſpinalis ῥαχίτης,
      - Dorſo dorſalis νωτιαῖος
      - In Cranio cerebrum ἐγκέφαλος
      - In reliquis oſſibus ὀστίτης. i. oſſea, ſiue fuerit in
        - magnis cauis, ut femore brachio
        - anguſtis foraminibus & cauernulis ut in coſtis & clauibus
- χυμοί. i. humores ſiue ſucci, i quorum tractatione continentur tum
  - ipſi ſimpliciter humores, qui ſunt
    - αἷμα. i. ſanguis, qui eſt humor calidiſſimus & flauiſſimus ξανθότατος, qui ſolus vere humor.
    - φλέγμα. i. pituita, quæ eſt album, denſum, & quaſi ſalſum περίττωμα. i. recrementum, quod exſiccatum fit nigrum phlegma.
    - χολή. i. bilis, quę eſt uel
      - ξανθή. i. flaua, amarum, & flauum περίττωμα recrementum
      - πρασοειδής. i porracea, acris ὀξεῖα, & ſubuiridis.
      - ἰώδης, i violacea, ſiue æruginoſa, quæ eſt ualde mera ἰσχυρῶς κατακορής, & ſincera ἄκρατος.
      - μέλαινα i. nigra ſiue atra, quę eſt ſanguinis craſſamentum, & fęx ὑποστάθμη. alij nigrum ſanguinem bilem nigram uocant.
  - περιττώματα i. recrementa reliqua ex ipſis humoribus genita, ut
    - σίαλον. i ſaliua, quæ eſt oris humiditas.
    - μύξα. i. mucus, qui ſalſum cerebri recrementum.
    - ἱδρώς i. ſudor, qui eſt totius corporis humiditas.
    - οὖρον i urina, quæ eſt deorſum humidum in veſicam delabens.
    - φῦσα. i flatus, qui ſuperuacaneus ſpiritus in inteſtinis.
    - κυψελίς. i. aurium ſordes
    - καταμήνιον. i. menſtruum, quod eſt ſanguinea in mulieribus excretio ſtatis menſium diebus, quæ cum alba eſt dicitur ῥοῦς. i. fluxio.
    - γάλα. i. lac, quod eſt in mammis coctio nutrimenti.
    - σπέρμα. i. ſemen, quod dicitur etiam θορή, & γονή i. genitura, quod eſt generatiua coctio γεννητική πέψις ſimul ſpiritus & alimẽti in aſſeſſoribus παραστάταις.
    - θερμασία i calidum / πνεῦμα i. ſpiritus — quæ duo Zeno idem eſſe cenſuit, medici diſtinguunt, ut dicant ſpiritum eſſe, quo ſpiramus, calidum ſpiritus eliſionem ἐκτρίψιν.
- ἔμβρυον. i. fœtus, qui continetur tunicis, quæ
  - ἄμνιον. i. agnina ita uocata ab Empedocle, quod tenuis, & mollis interius fœtui adhęret, in qua in anatome animaduertimus contineri quendam humorem longe puriorem, eo qui in chorio, & ratiocinantibus iudicatus eſt eſſe ſudor infantis
  - χορίον i. ſecũdina, quæ eſt tunica externa circa uuluã breuis, & uenoſa à qua, oriuntur
    - ὀμφαλός. i. vmbilicus
    - duæ venæ
    - duę arteriæ.
    - Vrachus uocatus, qui quintus conuenit ad perficiẽdum umbilicum, qui eſt vas breue, & ἀμφίστομον i. duplici ore, & cauo præditum à fundo veſicæ in ſecundas ſubiens, & humorem quendam quaſi urinam in illas immittit.

MATRICIS ANATOME
EX SORANO.

- **Matris**
  - λέγεται. i. dicitur
    - μήτρα. i. matrix, vel quia
      - mater eſt τῶν ἐμβρύων. i. embrionum, ſiue fœtuum, qui ab ea gignuntur
      - efficit matres eam habentes
      - fit terminis temporis apta ad μέτρον. i. metrum &
        - καθαρσιν purgationem
        - ἀπότεξιν. i. partum.
    - ὑστέρα vulua, quod ſit ultima viſcerũ ſi non exquiſite ſaltem in latitudine κατὰ πλάτος.
    - Δελφὺς: i. vterus, quia ἀδελφῶν. i. fratrum ſit generatrix.
  - κεῖται ſita eſt, in ἰσχίων εὐρυχωρίᾳ coxarum ſpatio inter
    - ἀπευθυσμένον inteſtinum rectum, cui ἐπικειμένη. i. ſuperiecta eſt, incumbit.
    - κύστιν ueſicam, cui eſt ὑποκειμένη ſubiecta, ſuppoſita, ſuccumbit interdum tota interdum pars pro ratione ætatis nam in
      - Puellis minor eſt veſica ταῖς παισὶν, & ideo totam ipſam ſubit ὑπελήλυθεν
      - Nubilibus ταῖς ἐν ἀκμῇ in uigore ætatis, æqualis.
      - πρεσβυτέραις. i. natu grãdioribus maior, uiolatis magis, & his, quæ uterum ante geſſerunt magis, quare multis ad finem coli deſinit τῇ λήξει τοῦ κώλου præcipue in ferendo utero, ut oculis ẽt licet comprehendere, intumeſcente peritonæo, ac epigaſtrio & ex magnitudine fœtus cum ſuis tunicis & humoribus, quæ licet poſt partum cõtrahatur, maiorem tamẽ occupat locum quam ante partũ, & maior eſt ueſica quã non æqualiter ſubit, uam in
        - anterioribus partibus παρατείνε-ται, ὁ τῆς κύστεως τράχηλος i. prom[inet] prius veſicæ collum, quippe quod habet terminum τὴν οὐρήθραν. i. urethram, & loco muliebri παρατεινόμενος, extentus. προαπεκτέχ... τῆς ὑστέρας uterum ipſum præcedit
